

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Egregia pietate & eruditione praedito, D. Georgio Solino, pastori ecclesiae
in Tangermund, amico suo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

fatis foelix: ac ualde optarim ei proponi materias,
 quæ gignerent aliquanto grandiores uersus. Ore-
 mus autem Deum æternum patrem Domini nostri
 Iesu Christi, conditorem generis humani, & Eccle-
 siæ suæ, ut regat multorum ingenia, ut fiant *oues* &
yois *deus*, & organa salutaria Ecclesiæ. Nescio unde
 sit tantum odium aduersus me in ueteribus quibus-
 dam amicis, cum ipsi sciant nullum nouum dogma
 à me genitum esse, & in quibusdam mediocri stu-
 dio quesitam esse ueram & propriam explicatio-
 nem: quam diu etiam his Ecclesijs ad concordiam
 profuisse consentaneum est. Sed Ecclesiam & me
 Deo commendo. Salutem opto clarissimis uiris, do-
 mino Cancellario, domino Gregorio, domino Suol-
 lio, & alijs amicis. Typographo pro exemplis sa-
 tis feci, quæ dono filijs uestris. Bene ualete. Die 28
 Octobris.

Egregia pietate & eruditione prædito,
 D. Georgio Solino, pastori Ecclesiæ
 in Tangermund, ami-
 co suo,

S. D. Pium officium, & mihi pergratum facis,
 quod Flådrum, de quo scripsi, curas prouehere ad
 ministerium Euågelij. Est enim, quantum iudicare
 possum, uir pius, placidissimis moribus, & bene do-
 ctus. Cum erit occasio, uocabis eum. Eaq; de re lite-
 ras.

A 5 Y46

Vas mittes ad D. Paulum Knot, qui tuam sententiã
 Flandro illi 10 anni indicabit. Mitto domino Hiero-
 nymo Staud exiguum xenium: interdum typogra-
 phus fuit negligentior: id ut boni consulat, rogo.
 De Marchicis Ecclesijs bene spero: ac oro Deum,
 ut earum adiuet instaurationem. Tuum erit, pa-
 trie non deesse. Islebius pollicetur, se nunquã à sen-
 tentia Ecclesiæ Vuitebergensis discessurum. Ac il-
 lustrissimus Princeps Elector pio studio horta-
 tur eum ad placandum doctorem. Audio futu-
 rum esse conuentum Vuormaciæ, in quo instituenda
 est deliberatio de conciliandis Ecclesijs. Vti-
 nam Deus flectat Principum animos ad gloriam
 Dei ornandam, et ad salutarem concordiam. Tuq;
 pro Ecclesia nota facito. Ego post paucos dies sus-
 ceipiam iter, quod felix & sauctum sit. Bene uale.
 Die 10 Decembris, 1540.

Reuerendo uiro, D. Georgio Buchhol-
 tzero, amico & fratri suo cha-
 rissimo,

S. D. Reuerende uir, & charissime frater. Hæc
 hora longam eruditi hominis narrationem de fon-
 te Saxonico accepi, qui adfirmat lauatiõẽ extrin-
 secus prodesse contra ulcera, non corroborare ner-
 uos: hæc congruit cum natura tris *ἀργας*. Sed intra
 corpus bibendo nocet: et audiui exempla duorum,
 quibus